



M
S. 920^{3a} 4^o 2

9
2

G. q. 106. a.

EFFIGIEM
 MORIENTIS CHRISTIANI
 PINGUNT,
 ET
 OBITUM
 BEATUM QUIDEM, SED PRÆMATURUM
 VIRI
 NOBILISSIMI, DOCTISSIMI,
 HONORATISSIMI,
 DANIELIS FRIDERICI
 MOVII,
 PRÆCEPTORIS SUI QUONDAM IN
 PÆDAGOGIO BERGENSI
 ÆSTUMATISSIMI,

QUI
 DIE 4. DECEMBRIS ANNI 1752. INOPINA MORTE
 SCHOLIS EREPTUS EST,
 PIA ANIMI MODESTIA
 LUGENT

UNIVERSI PÆDAGOGII AUDITORES.

AV



MAGDEBURGI,
 LITTERIS GODOFREDI VETTERI.



MORIENTE CHRISTIANI
ET
OBITU
BEATUM QUIDEM SED PRÆMATUREM
VIRI
NOBILISSIMI, DOCTISSIMI,
HONORATISSIMI,
DANIELS FRIDERICI
MOVI,

PRÆCEPTORIS SUI QUONDAM IN
PADAOGIO BERGESSI

TESTAMENTISSIMI
DIE 4 DECEMBRIS ANNI 1784 IN NOBILI MORTE
SOMNIO ERIPITUS EST
AETATIS ANNORUM 42
LUENT

UNIVERSI PEDAOGII AUDITORES



LITTELLA BERGESSI FRIDERICI





Vir quondam dilectus erat, quem fertilis atas
Intulit in terras. Sperabant tempora messes.
Castus erat, Christoque sacer, jucundus amicis.
Florida vita Deo vivos spargebat odores.
Erecto fortis portabat pectore Christum.
Sic caelos terramque pio, sic sidera sancto
Corde tulit, montesque Dei fert nobilis heros.
Dic patulas terras, dic grandia limina caeli,
Christus major erit. Latissima vulnera Christi
Absorbent rimis caelos terramque profundis.
Sorbe, Christe, tuis quoque nos vibicibus amplis,
Fontibus hausit aquas animo, sitibundus adibat
Vulnera larga Dei, sensit nova robora pectus.
Mellifluis roseoque nihil nisi dogmata Christi
Disserit ore, suo de Christo plurima novit.
Doctus erat, didicitque Deum, Christoque redundat,
Dulce decus populi. Socio latantur amici.

Pallida fronte nova radios aurora trahebat
Ex nitidis spatiis & solis tramite longo.
Lux nova corde viri fulsit, nova lumina fumos
Fronte viri retrahunt; revirebat spiritus ampla

Effigie Christi: miratur somnia noctis,
Somnia de Christo; per somnos viderat agnum,
Qui stans monte Dei consperfit sanguine terras.
Mens relevata viri caelos penetrabat & astra,
Vota Deo cecinit, Christumque salutat amantem,
Et longis precibus Christi sibi larga trahebat
Munera; sic vivos melius forbebat amores.
Fert aurora preces, pietas nova fœdera jungit.
Tunc revoluta dies operis nova pensa poposcit,
Transiit in messes Christi gratosque labores.

Jam gratum volvebat onus, jam fronte serena
Per messes glomerabat opus, frugesque metebat;
Cum subito rigidi morbo, miserabile dictu,
Languescunt artus, forbebant membra dolores.
Pallida jam facies sociis graviora minatur
Domna viri, pariterque rigeabant membra virorum.
Sermones miscent socii, variantque loquelas:
Hem! si maturis raperetur amabilis umbris!
O fortuna Dei! populi tristissima clades!
Jam dolor antevenit trepidosque præoccupat artus,

Artibus exhaustis per lectos ultima fati
Signa dabat, sociique vident vestigia mortis,
Spesque metusque viros curas distraxit in omnes,
Adstant Eusebius morti, charusque Theander,
Religiosus Aron, castusque Nathanael ardent
Assiduis precibus, moderatus Irenius addit
Vota Deo lacrymans, tremulo Constantius ore
Attollit lacrymis madidas ad sidera palmas:
O pater omnipotens, placeat remove dolores,
Quos nobis jactura viri geminabit amati.
Ast pater omnipotens subridens talia fatur
Cœlicolis: Sibimet mortales poscere miror,
Quae nec lucra vident, pueri nec noscere possunt,
Quis meliora paro, Fiet mea certa voluntas?

Interea cum multa viri loquerentur amara,
Christophilus [sic nomen erat,] sic pectore forti:
Sponte Deo reddam pectus, sua viscera reddam,
Corpus reddo, animamque suam, sunt munera Christi,

Omnia Christus habet, dulcissima gaudia cæli
 Jam pectus rapiunt ex terris. Libera curis
 Mens mea jam volitat, cupido sua vincula nifu
 Jam rupisse cupit. Cælos mortemque saluto.
 Mi Deus attonitos artus mox solve dolore!
 O si, Christe, tuis sanctis in sedibus essem!
 Terra suos habeat, solus me Christus habebit.
 Quid vaga vita foret? quid terræ insulsa voluptas?
 Quid sunt deliciae, quæ turbida pectora pascunt?
 Christi deliciis delector, nomine Christi!
 Sentio jam cælos, nec vincunt membra dolores.
 Appetit optatam mortis sibi spiritus horam,
 Attoniti tacere viri, stupefacta juvenus
 Permisset lacrymas, planctusque per atria volvunt.

Fronte viri madida nitidi sparguntur amores,
 Et dolor admixtus non vincit gaudia mentis.
 Per frontis maciem molli dulcedo refulsit
 Luce Dei. Sic membra dolor, sic gaudia pectus
 Tangunt, & dolor & luces certamina miscent.
 Nam superat tormenta Dei suprema voluptas,
 Qualis ubi solis facies ex nubibus albos
 Splendores spargit, si lux mollita per umbras
 Dulcior in vultus radios infundit amenos.
 Sic lux per tenebras oculorum candida vivit,
 Qua cælestis amor frontem pingebat opacam.
 Enitet ore viri suavissima gloria cæli,
 Et grave sponte caput tollit, juvenesque monebat:
 Ultima vota dabo, monitis nunc ultima dicam:
 O Juvenes, monitis aures date! discite Christum!
 Christus habet vestros annos, vestram que salutem;
 Sit vobis Christus pretii, sit vestra voluptas.
 Discite delicias Christi, sunt cætera fraudes.
 Christus solus erit, qui vobis tempora stringet,
 Christus fata dabit, vitas mortisque gubernat.
 Tempora larga dabit pietas, dat gaudia cæli,
 O juvenes lacrymans vobis nunc ultima dico,
 Ultima nunc repeto lacrymis: o discite Christum,
 Sic oculis fatur madidis & gutture rauco,
 Fessus nunc auras ex imo pectore traxit,
 Et tacuit. Lectoque caput dorsumque levabat.

Livida frons oculis fractis ceu mortis imago
Incutit horrores, Lentus nunc plena doloris
Lumina tollebat, nunc lassus talia fatur
Gutturè difficili, sed sancto pectore fortis:
O Socii, Christi comites, pandamus amici
Pectora tota Deo, Christum cupiamus avari,
Intentis oculis spectemus vulnera cordis,
Unde tot attonitis dulcedine flumina molli
Sanguinis emanant: sanguis nos abluat omnes.
Pectore constanti Christi pia bella geratis.
Arma, Viri, vestros caelo delapsa per annos
Hostibus horrendis, vigilesque opponite curas.
Vos, Socii, fortesque Viri, Vos mittet in hostes
Christus, Vos populis portabitis aurea regis
Signa, Dei leges in pravis gentibus alta
Voce docete, Dei conspergite sanguine gentes.
Amplecti Christum forti gravitate necesse est,
Nam Christus Vobis populos committet & urbes.
Vos mens fixa Deo jungat. Sic opto Salutem.
Flent juvenesque virique. Viro Constantius edit:
O Vir Caste, pias grates Tibi dicimus omnes.
O maneat nobis, virtusque decusque scholarum!
Egregias animas quoque lubrica terra requirit.
In terris Christi fieri quoque victima posses.
Post hæc pauca viris moribundo rettulit ore:
Consultat ipse Deus terris, det fertile tempus
Mensibus optatis Christi, det gratia fruges.
Me non terra capit, sed Christi candida sedes.
Nomine tunc juvenum lacrymans referebat Amatus:
En! nostras lacrymas, en, Vir Sincere, ceteras,
Vota damus Christo, nobis servare Magistrum;
Sic minus ex votis, aeterno lumine vivas.
Sic Vir Sancte, Tibi flendo valedicimus omnes,
Ultima tunc animo casto moribundus & ore:
Dulcis amor vestri, juvenes, mea viscera tangit,
Æternos Christus vobis instillet amores.
Et repetit gemitus ex fesso pectore sanctos.

Nunc vires rescit, nunc tollit fortior artus,
Candidior nunc fronte viros spectabat adauctos,
Et nova crescebat spes viva fronte virorum.
Ait spes vana dolos nescit, geminat que periculum.
Nam subito morbi major vis viscera stringit,

Pectore concussa madidaque silentia fronte
Tristia signa dabant. Ruit ultima desuper hora.
Tunc Christus factus morbum solvebat & auras.
Atque animam p̄tiram aeternis expirat in ignes.
Spiritus accelerat gressus, & sidera scandit.
Jam miscent planctus comites, gemitque Theander:
O quæ fata Dei! quid agit divina voluntas!
O jactura scholis! utinam te reddere possem,
Christophile! Et gemitu celeri schola tota sonabat,

Sic Vir Clarus abit sine longo tramite vitæ,
Per primasque brevesque vias vestigia Christi
Pressit, & ambages fati dēvit adunca.
Sic recto cursu Christum metamque p̄tebat.
Sic celeri planta patriam tendebat ad urbem,
Et multi t̄ngunt nec longo tempore portas.
Qualis ubi pedibus fessis & mole viator
Corporis attrita campos sylvasque p̄er̄r̄at,
Et plorat longasque vias, longumque periculum:
Instabili mox deserti submersus arenâ,
Si zephyri nubes agitant, trepidasque catervas
Pulv̄ere detrudunt sub vasta mole sepultas,
Tunc errans cūrrit per longâ pericla viarum;
Mox vaga latronum p̄terrent agmina lassum,
Bellua mox pavidum sylvis egressa vagantem
Horrissono clamore petit, vagabundus agrestes
Eminus intendit casulas; mox nocte paludes
Incurrit putridas, vix languida membra lutosiss
Sordibus extrahit: tectas nunc appetit ades.
Vix fessus tandem patriam gratosque parentes
Assequitur fratresque pios, placidamque quietem,
Sic gens ambiguos per fata eucurrit in annos,
Nec vita longis obtusq̄ corde diebus
Attingunt metas, quas Christus montibus altis
Per curvas valles turba demonstrat eunti.

Sed Noster sanctæ Christi prudentior arte
MOVIUS ambages odit, metamque dierum
Mente alacri, rectaque via palmamque secutus
Vallibus ex imis montem scandebat anhelans,
Pública quo Christus proponit signæ salutis.

O malefana lues animi! qua tota laborat
 Gens hominum, miseros concepit pectore morbos.
 Fata Dei, quæ recta petunt, ceu tristia plorant,
 Et magis ambages per tot discrimina laudant.
 Obsecro, mortales, injungite dogmata cordi.
 Finis erat, quo sponte Deus nos protulit omnes,
 Ut paucis annis scena ludamus honesta,
 Artibus & variis Christi pingamus honorem,
 Sed mox post ludos majora petamus adulti
 In caelis, ubi Christus erit sacra meta theatri,
 In quam gens fatiata oculos intendet acutos,
 Et facer aeterno Christo meditabitur ardor.
 Ast populus pascit picto splendore viarum
 Pectora plena luis. Multos pictura sefellit.
 Et malefana Dei faciem gens negligit ipsam,
 secula quam ~~pingunt~~, quam tellus pingit opima.
 Gens serpoz nitidoque petit furibunda lapillos,
 Et negligit Christi gemmas oblita corona.

Non ita tellurem Noster veneratus adustam,
 Non ita poma deæ miseræ gustabat adesta,
 Non ita vina VIRI mens imbibit orbis aquosa,
 Nec sitibundus erat laticis, dulcisque veneni,
 Sed Christi roseo pascebat sanguine pectus.

Sic, VIR SANCTE, TIBI grati valedicimus omnes,
 Et TE per celos taciti veneramus euntem.
 At nos, o juvenes, moneat pia regula mortis.
 Fæcundos annos, Christo, roburque juventæ,
 Ingeniique decus, Christo referamus amanti.



78 M 350

ULB Halle 3
001 592 122



56.

Petro V





EFFIGIEM
MORIENTIS CHRISTIANI
PINGUNT,

ET

OBITUM
QUIDEM, SED PRÆMATURUM
VIRI
SIMI, DOCTISSIMI,
ONORATISSIMI,
ELIS FRIDERICI
MOVII,

TORIS SUI QUONDAM IN
AGOGIO BERGENSI
ÆSTUMATISSIMI,

QUI

MBRIS ANNI 1752. INOPINA MORTE
CHOLIS EREPTUS EST,
PIA ANIMI MODESTIA

LUGENT

I PÆDAGOGII AUDITORES.

AV



MAGDEBURGI,
IS GODOFREDI VETTERI.

